

esse, intellexi. Nam cum TV mihi auctor  
esses, ut initiis ciuilibus doctrinae adiungen-  
dis orbem Philosophiae explerem, illa TE  
caussa moueri ostendebas, ut eius usus  
latius patere, et ad Scholas Acade-  
micas magis propagari posset: in qua  
TV re perficienda etiam consiliis me  
TVIS, cum perspicua singularis cuiusdam  
erga me beneuolentiae significatione, ad-  
iunxisti. Itaque si liber ipse posset optionem  
facere, ad quem iret primum, cuius esse  
posthaec tutelae vellet, cuiusque nomine  
commendari studiis hominum, sine haesi-  
tatione ad TE proficisceretur. Ego vero,  
ut de meo sensu et consilio dicam, cupiebam  
nomen TVVM propriam posthaec et per-